Dominus Uirduni in capitulo generali dedit toti ordini pedagia ⁊ ventas ⁊ q̄cquid de inre ſuo exigi poteſt.

Ego Guido dñs virduni Notũ eſſe volo p̄ſentibus ⁊ futuris qd̓ hieroſolymã ꝓfecturus veni Ciſterciũ videre fratres et eorũ orationib⁹ iter meũ cõmendare. Cũ ergo eſſem in capitulo dedi eccleſie Ciſtercieñ ⁊ toti ordini pedagia ⁊ ventas/ ⁊ q̄cquid de iure meo exigi pȏt/ tam ꝑ terram q̃ per aquã in omni poteſtate mea vt videlicet res ꝓprias ferre ac referre ⁊ vendere/ ⁊ quod ad vſus ꝓprios neceſſarium fuerit emere libere poſſint abſq; omni exactione. Hoc idẽ conceſſi eccleſie ſancti Stephani Diuioneñ ⁊ grangijs eius. Huic donationi p̄ſentes erãt Heruenis abbas ſancti Stephani Diuioñ/ ⁊ Garinus canonicus eius/ Guido achermus ⁊ Uill's fratres. Ipſum donũ poſtea apud Uirdunũ laudauit mater mea Acelma/ ⁊ vxor mea Achacia p̄ſente auuũculo meo Artallo/ Joſbto de Salmacia/ Miuardo de paſchis/ ⁊ pluribus alijs. Actũ eſt hoc anno incarnationis dñi. M.c.lxxiij. ꝑ manũ domini abbatis Ciſtercieñ Alexandri. Laudauit etiã hoc donũ filius me⁹ Guido.

Domin⁹ de impouualdo remittit toti ordini Ciſtercieñ pedagiũ ⁊ omnẽ exactionem per totã terram ſuam.

Notum ſit omnibus tam futuris q̃ preſentib⁹ qd̓ ego Almaricus dominus de impouualdo remiſi toti Ciſtercieñ ordini per vniuerſam terram meã pedagiũ ⁊ omnẽ exactionẽ ita vt omnes tranſeuntes ab omni conſuetudine ſint liberi ⁊ quieti. Teſtes Alexander Ciſtercij/ Petrus accincti/ Jacobus caritatis/ Gerardus theoloci abbates/ Comes Stephanus/ Uilhelmus de cres/ Rainaldus de monte bys.